

3.  
2.

AD  
*Clementin. 2. de Magistris*

**INSTRUCTIO  
CANONICA-MONETARIA  
DE  
G R O S S O**

**TURONENSI, ET TREVIRENSI,**  
UNA CUM PARERGIS  
**PRO EXERCITIO**

AD TENTAMEN INAUGURALE QUALIFICANTE  
AD DIEM 19. AUGUSTI AB HORA IX. USQUE AD XI.  
PROPOSITA,

P R A E S I D E  
**PLURIMUM REVERENDO, PRÆNOBILI, CLARISSIMO,  
CONSULTISSIMOQUE VIRO, AC DOMINO,**

**D. GEORGIO CHRISTOPH. NELLER,**  
U. J. D., & ad Doctoratum Ss. Theologiæ admisso, Eminentissimi Principis Electoris, & Archi-Episcopi Trevirensis Consilio Ecclesiastico actuali, Vicariatûs, & Consistorii Episcopalis Wirceburgensis Assessore pariter actuali, Ss. Cæfarearum Majestatum per Imperium, & Ditiones Austriacas Comite Palatino, insignis Collegiatæ Ecclesiæ ad S. Simeonem Treviris Canonico Capitulari, Syndico, & Bibliothecario, SS. Canonum in almâ, & antiquissimâ Universitate Trevirensi Professore Publico, ejusdémque, & inclytæ Facultatis Juridicæ Assessore,

DEFENDENTE  
**NOBILI, AC ORNATO DOMINO**  
**JACOBO JOSEPHO von der Gracht, Aquensi,**  
Jur. utr., & S. R. I. publici Auditore.  
**TREVIRIS in Auditorio Juridico Majore Vici Thirici,**  
Anno MDCC LX.

---

Typis JOANNIS CHRISTOPHORI ESCHERMANN.

OP PUGNANTES.

*NOBILES, AC ORNATI DOMINI,*

D. JOANNES JOSEPHUS DORION, Mirecurtius,  
AA. LL. & Philosoph. Magister.

D. FRANCISCUS AGRICOLA, Sarapontanus,

Jurium Auditores.

Clemens V.  
quod nolit a  
Weyß. P  
rium quome  
prævium e

\* AD  
fig  
ra

G X O X



# I. N. J. C.



§. I. **N**EQUIS cum vanitate, & imperitiâ ad honorem ascenderet peritiæ literarum; néve graduati in Academiis expensarum gravitate vacarentur; cœteri autem à susceptione graduum retraherentur, constituit anno 1312.

Clemens V., ut à quolibet graduando priùs recipiatur juramentum, quod nolit *ultra tria millia TURONENSUM argenteorum* (Turnos-Wenß-Pfennige) in solemnitate circa Doctoratum, aut Magisterium quomodolibet (id est, circa cibos, vestes, & alia, non circa prævium examen secundùm Glossam) adhibenda expendere. \*

\* ADJICITUR pœna suspensionis à collatione Doctoratū, vel Magisterii, si quis, etiam pontificali dignitate præfulgens, non recepto priùs tali jumento honorem supradictum cuiquam tribuerit.

A

' E S.  
0 MINI,  
, Mirecurtius,  
ponitanus,

II. SACRA Facultas Theologica Augustæ Trevirorum prop-  
terea anno 1588. in juramento promovendorum suorum sic posuit  
puncto 5to: *Se in festo Magisterii non expensuros supra tria millia  
grossorum Turonensem.* \*

\* IN antiquiore statutorum libro hoc punctum jurandum non invenitur, si-  
eut neque in statutis inclytæ Facultatis juridicæ: attamen adest de anno  
1643. rubrica: *Epli academicæ, à graduato in Jure certis personis exhiben-  
di, descriptio ad Clem. Cùm sit nimis de Mag., ibidemque ex verbis, &  
motivis ipsius Clementinæ ordinabatur frugalis refectione, quæ non duret  
ultra tres horas, & in quâ non ultra quatuor pocula propinatoria bi-  
bantur: hæc ipsa cùm abrogata sit à pluribus currentis fæculi annis, ces-  
sat omne periculum sumptus excessivi, propter quod esset jurandum,  
adeoque in nostrâ Universitate hoc juramenti capitulum non est amplius  
in usu.*

III. Quanta est hæc summa, non excedenda à quovis, imò  
juxta Clem. 2. de Magist. adhuc restringenda, nisi forsitan nobilis condi-  
tionis extiterint graduandi? \*

\* NON mirum; de hoc quæri seris temporibus nostris; cùm ipsi jam vete-  
res, conditæ tamen Clementinæ ævo propiores, dubitaverint, despèrque  
disputaverint; nos quoque Treviri pridem ex usu dimiserimus nomina  
Turonensem, veterumque grossorum, hodie solummodo cognoscentes  
grossum parvum trium Crucigerorum Rhen.

IV. GLOSSA ibidem verbo: *Argenteorum* ait: Tria millia  
ista ascendunt ad monetæ Bononiensis quingentas libras Bononeorum  
parvorum, (denariolorum) penendo Turonensem pro duobus Venetis,  
vel 40. Bononiensis parvis, ut valere consueverant. CASUS longus  
dicit, esse summam ducentorum quinquaginta AUREORUM. \*

\* QUALES hi fint aurei, explicavit Panormitanus in eandem Clement., esse  
nempè Florenos de Camerâ in Curiâ Romanâ usitatos, existimans, hanc  
esse veram illorum estimationem. Florenum, & Ducatum auri de Came-  
râ idem esse, docet Pyrrhus Corradus dispensat. Apostolicar. lib. 6. cap. 4.  
num. 48. Et uberioris in Praxi benefic. lib. 2. cap. 13. num. 17., ubi sic:

„ Florenus ita dictus est, quia à Florentinis initium duxit, & sic dicitur à  
 „ Florentiā, & per florem lili ab unā parte, ab alterā verd per S.  
 „ Joannis Baptista effigiem, in eo existentes; unde apparet, illum sic  
 „ nouninari, non solùm à civitate Florentia, sed etiam à flore lili, teste  
 „ Sarnensi. Qui quidem florenus, licet propter varias Provinciarum  
 „ consuetudines ac varietatem incertam habeat estimationem, ut ait Saly-  
 „ cetus in l. fin. C. Si cert. pet., certum est nihilominus, quod in Romana  
 „ Curiā taxā officialium accipitur pro Ducato auri de Camerā, teste Ger-  
 „ monio; & ita intelligenda sunt taxæ, quæ in libris Cameræ ad dictos  
 „ florenos reperiuntur, præsertim in materiis Consistorialibus; licet an  
 „ tēa florenus hujusmodi fuisset forsan in dictā Curiā minoris valoris. Et  
 „ præcedente num. 3. sic differit: „ Ducatus autem Florentinus æquipara-  
 „ tur Ducato auri de Camerā, & nullus Florenus Camera reperitur, nisi  
 „ ipse Ducatus auri de Camerā, nullaque alia moneta nuncupatur de Camera  
 „ præter istum Ducatum: & ita hodie passim accipitur in Curiā Romana. Hæc  
 „ nō sse oportet Canonistam beneficiale, non tantum propter Regulam Cancel-  
 „ lariae sciam, ut verum valorem annum beneficii per hoc aurea moneta ge-  
 „ nus exprimat, sed etiam maximè propter Regulam 2dam, & 4tam, ut sciat,  
 „ an hac illarū Abbatialis, vel prima p̄f Pontificalem, Dignitas sit de reservatis,  
 „ nōne: Taxatur autem numerus florenorū idem, qui tempore conditarum  
 „ regularum, licet florenus iste plus, minūsve valeret tempore, quo vacat  
 „ beneficium; quia est aurum in auro, ut olim loquebantur, five aurum spe-  
 „ ciei, proindēque, manente eādem specie, eodēmque numero ejusdem,  
 „ potest estimatio, seu reductio ad argentum crescere, ac decrescere, ut  
 „ ibid. num. 8. & 9. insinuat Pyrrhus.

**V.** AUREOS istos DD. nostri cum Covarruvia communiter  
 explicant ex Benedicti XII. Extravagante un. de Censib. int. com-  
 mun. \* Et recte; non enim elegisset ibi Pontifex pro generali pro-  
 curationum in visitationibus debitaram taxā monetam auri atque ar-  
 genti, nisi ea plurimis Europæ Nationibus optimè nota, atque in  
 commercio usitata fuisset; sicut certum est, quod Sæc. XIV. & XV.  
 longè latéque per Italiam, Galliam, Germaniam, Angliam, Sue-  
 ciā, Daniam, Poloniā &c. \*\* cursitaverint floreni auri de Flo-  
 rentiā, & argentei Turonenses, adeò quidem, ut per imitationem à  
 Principibus Germaniæ recuderentur, etiam retentis ferè iisdem in-  
 signibus harum stamparum.

A 2



\* Extravagans hæc Benedictina emanavit ad coercendos diaconum excessus, quibus Legati à latere, Episcopi, Archidiaconi, Decani, visitantes gregem dominicum, magis studebant locupletari, quam plantare, evellere, ac dissipare. Est de anno 1336; & vel ideo servit explicandæ nostræ Clementinæ, utpote tantum 24. annis ipsam præcedenti.

\*\* Hoc patet ex ipsâ Extravagante. Sanè apud Treviros jam invenio usum Turonensem anno 1276. ex chartâ Archivi S. Simeonis, ubi vendebatur censu annuus 15. Solidorum Turonensem minus uno Turonensi pro 15. libris Turonensem. Censu ergo erat 179. Turonenses, capitale, seu pretium 3600. Turonenses: dabantur 5. pro 100, minus unico Turonensi ad totam summam, quod mirabilitate non caret.

VI. Sic autem habet dicta Extravagans in fin. §. porrò, postquam latè præmiserat, quot Turonenses quilibet Visitator accipere possit: *Turonenses prædictos TALES \* fore intelligimus, quod XII. ipsorum valeant unum florenum auri boni, puri, & legalis ponderis, ac cunei Florentini.*

\* PONTIFEX explicaturus Turonensem per florenum, ait: *tales*; quia præter hosce Turonenses dabantur adhuc alii, e.g. sub nomine *Solidorum, Schillingen, Covarruv. de veter. collat. numism. cap. 13. §. 2. num. 7.*, videlicet moneta valens 12. *parvos* Turonenses, qui erant maiores *duplices*, minores *Crucigeri Trevirensi*, sive, ut olim vocabatur, *denario*; nam 10. nostrates denarii faciebant 14., in d. & 15. *parvos* Turonenses. Item ait: *tales*; quia dabantur Grossi Turonenses *majoris valoris*, quam ut in unum florenum de Florentiâ computarentur 12., ut mox videbimus.

VII. FLORENI istius valor dabitur per exempla una cum ipsâ Turonensem ab invicem diversitate. Examinato Monetario Trevirense, quod extat in *Prodromo Hist. diplom. Trev. Tom. 2.*, nec non adhibitis documentis aliis, comperi, distinguendos primùm esse grossos *antiquos* à grossis *novis*; deinde *antiquos* subdividi debere in *Regales*, qui & *Philippi*, vulgo *Königs-Groschen*, ac in grossos, simpliciter dictos *antiquos*, alte *Turnos*, so man alte

**Groschett** nomen, ut habet quoddam instrumentum Kylburgense  
de anno 1363. \*

\* IM ò verò ad intelligendum obligationes Sæc. XV. opus est, secernere re-  
centioris cunei Turonenses, qui his, quos Sæc. XIV. vocabant novos,  
minùs valuerunt. Vid. infra §. XXV. & XXVI.

**VIII. GROSSUS antiquus Regalis**, *Der alte Königs-Tur-  
nos*, à *Philippo Augusto*, Galliæ Rege, conditus *Philipps-Turnos*,  
omnium est præstantissimus, & variavit in valore extrinseco. \*

\* VIDETUR iste Turonensis esse, de quo *Monetarium Trevir.* ad an. 1303.  
loc. cit. pag. 1167. ait: *Aureus cum fento (Ein Schilt-Gulden) sen-*  
*ctypeo pro 10. grossis Turonensibus ANTIQUIS, & grosso NB. HUJUS-*  
*MODI pro 15. denariis: 15. denarii Trevir. erant 7 ½ petermengi, sive*  
*ein Reichs-Zehener, id est, duo baciones boni cum dimidio; qualis*  
*valoris currunt hodiernum parvi Escalini Aquis, & vicinis in locis. Sic*  
*valuit adhuc anno 1333., ut probat pergamenum S. Simeonis super*  
*domo ad Cervum in vico S. Simeonis hic: uno grosso Turonensi pro quin-*  
*decim denariis computato. Quoniam verò moneta argentea nova, præci-*  
*puè denarii, identidem (quod omnes nörunt monetariographi) à suâ pu-*  
*ritate in pejus declinabat, sic iste grossus anno 1347. à 15. ascendit ad*  
*21. denarios Trevir. Monetar. cit. pag. 1168. Grossus Turonensis, ein*  
*Großer Turnos, vor 21. Trierische denari, & pag. 1170. Ein Grossus*  
*Turonensis, 21. denarios Trevirenses, vocat autem hōsce grossios gewisse*  
*alte Turnos. Ast anno 1356. valuit rursùs (fortè propter reductam de-*  
*nariolorum meliorem bonitatem) sicut anno 1303., videlicet 15. Trevir.*  
*Crucigeros, sicut hoc probat fundatio cuiusdam anniversarii apud*  
*S. Maximinum Hist. diplom. Trevir. Tom. 2. pag. 888.: Triginta flo-*  
*renos parvos de Florentiā bonorum auri, & ponderis, quorum quilibet NUNC*  
*valet novem GROSSOS ANTIQUOS REGALES, & quintam partem*  
*unius grossi, & QUILIBET GROSSUS TRIGINTA DENARIOS*  
*moneta cursibilis: & adverte, quid tunc denarius idem fuerit, quod*  
*modernus duplus Trevirensis: grossus ergo Regalis fecit anno 1356.*  
*15. Crucigeros Trevir., florenus ille 140., sive 70. petermengos, quia*  
*quinta pars unius grossi Regalis debebat addi ad 135. crucigeros, quos*  
*sistebant novem grossi. Hinc astima valorem domūs in vico Flandriæ,*  
*anno 1357. reservatâ retrovenditione intra 60. annos continuos venditæ*  
*pro 10. Solidis Turonensem antiquorum Regalium grossorum, bonorum &*

dos diuina excep-  
Decani, visitantes ge-  
tām plantare, eveller,  
rvit explicanda nostra  
edenti.

ritos jam invenio plu-  
eonis, ubi vendebant  
Turonensi pro 15. liris  
capitale, seu prout  
unico Turonensi ad m.

fuz. §. porro, post  
Visitator accipere  
gimus, quod XII.  
Regalis ponderi,

am, ait: tales; qui  
e.g. sub nomine Solis-  
unum, cap. 13. §. 2.  
nenes, qui erant ma-  
t olim vocabant, de-  
nō & 15. fargi Tu-  
ronenses maiori va-  
computarentur 12., ut

exempla unā cum  
nato *Monetario Tre-*  
*Trev. Tom. 2.*, nec  
tingendos primū  
iquos subdividi de-  
bent, Groschen, ac in  
arnob, so man alte



legalium, id est, pro 120. talibus petiis. Annis sequentibus iterum ascen-  
dit: Charta pergamenta S. Simeonis de anno 1369. *Annum censum per-*  
*petuum octo florenorum parvorum antiquorum boni auri, & gravioris ponderis*  
*Moguntini, quorum quilibet DE PRÆSENTI valet DECEM GROSSOS.*  
*CUM DIMIDIO ANTIQUOS REGALES veri cunei regni Francie:*  
*florenus parvus tunc valebat 36. solidos denariorum, imò & 37. Charra*  
*pergamenta S. Simeonis de anno 1370. cum illæso sigillo Cunonis Archiep.*  
*In ducentis florenis parvis antiquis de Florentiâ boni auri, & gravioris pen-  
deris Moguntinensis, facientibus 370. libras, quilibet per 37. solidos compu-  
tato: observa, quid florenus iste ab anno 1347. creverit in alterum tan-  
tum solidorum propterea, quia 36. solidi denariorum erant post annum  
1350. tantundem, quantum antehac 18. solidi denariorum: causa jam  
est dicta. Itaque tunc 36. solidi erant 36. Triarii Trevir., five toties  
§. Crucigeri Rhenenses, 6. Trevirenses, aut duo Daleri Imperiales: hos  
statuerunt 10  $\frac{1}{2}$ . grossi antiqui regales: venerunt ergo in unum talem  
grossum 10. petermengi, 1. duplus, & pauxillum ultra: Quodsi pro  
floreno ejusmodi ponas 37. solidos, tunc grossus talis faciet pro tunc 21.  
Crucigeros Trevir., & minutiam ulteriore, quæ putatur esse, ut  
anno 1370 computarentur 11. tales grossi in unum aureum *Moguntium*  
*antiquum: Documentum S. Simeonis pro Capellano altaris SS. Simonis,*  
*& Judæ: pro centum, & quinquaginta antiquis florenis Moguntinensis boni auri*  
*& ponderis Moguntinensis, UNDECIM ANTIQUIS GROSSIS REGA-  
LIBUS de Franciâ, PHILIPPI nuncupati, pro quilibet floreni computatis:*  
*Aureus Moguntinus novus valuit eo tempore 2. Daleros Imperii, & tri-  
arium. Monetar. pag. 1173. ibi: Einen Gulden von Menze 3. Març  
12. Penninge, id est, 444. duplos Trevir., facile igitur antiquus Mo-  
guntinus eundem superavit §. petermengis.**

*Additio.* Invenio quoque Grossum 9. petermengorum anno 1370. in perga-  
meno S. Simeonis sub integris sigillis Cunonis Archiep., & Cartusia S.  
Albani: *Grossus pro tribus solidis computato: solidus quid sub Cunone fuerit,*  
vide ad calcem in quæstione: sed non additur ibi, quid fuerint grossi  
antiqui Regales. Circa idem tempus invenio in Calendario Anniversario-  
rum, & Memoriarum S. Simeonis Sac. XIV. sic scriptum: D. Thomas  
de Gransdorff dedit C. libras in grossis, & sterlingis Turon. ANTIQUU, quo-  
libet grossu ANTIQUO pro 3. SOLIDIS, qui fuerunt estimati dati per  
54. flor. Mog.

**IX. GROSSUS SIMPLICITER ANTIQUUS** videtur equidem cufus  
fuisse ad 5. petermengos; \* acceptatus tamen fuit in majore valore,  
etiam usque ad 6. petermengos, postquam semel evaserat antiquus. \*\*

\* ANNO 1345. Stetit 5. petermengis. Monetar. pag. 1170. XII. albe gross  
Turnos 1. libr. Heller, id est, 240. duplis Trevir.; cum tamen anno præ-  
cedente stetisset 6. petermengis, ut mox probabitur: videtur itaque anno  
1345. revalvatus fuisse ad primævam æstimationem.

\*\* Monetar. ad an. 1344. pag. 1169. Grossus antiquus pro 12. denariis, id  
est 6. petermengis: tunc stetit florenus parvus 11. solidis denariorum.  
Ibid. i. e. 132. Crucigeris Trevir., sive 66. petermengis: ibant igitur  
11. grossi antiqui in unum florenus parvum, sive florentinum. Anno  
1356. valuit 5. peterm., 1. Cruciger., 1. dupl., 1. Hallens. modernum  
Trevir. Arg. mox dicti Monetari pag. 1171. Eine kleine Gulde von Flo-  
rentz 12. alte Gross Turnos: stetit tunc florenus parvus 70. petermengis,  
ut supra ad §. VIII. ex charta S. Maximini probavi, sive 11. solidis  
8. denariis veteris monetæ parvæ, 22. solidis 16. denariis nova. An-  
no 1366. grossus antiquus legitur expensum fuisse pro 6. petermengis.  
Monetar. pag. 1176. vor 1. 16. Heller 10. alde grosse Turnos, fecit ergo  
quilibet 24. Hallenses, sive duplos Trevir. Concordat passus in Catholico  
monetario Goldasti pag. 181. de anno 1377., ubi Carolus IV. Imp. Epis-  
copo Mindensi concessit Zweene schwäre Pfenninge, deren sechs einen al-  
ten Turnos gelten.


#### X. GROSSUS Turonensis communis, nec antiquus, valebat Sæc. XIV. 10. denariis Trevirensibus, sive 5. petermengis. \*

\* PROBAT hoc Monetar. Trevir. loc. cit. pag. 1167. ad an. 1313., qui  
proximus erat anno conditæ Clementinæ nostræ: Florenus pro 12. grossis:  
grossus pro 14. parvis Turonensis: 10. denarii Trevirenses pro grosso. Fecit  
florenus 5. testones, aut capitella, sive medium libram denariorum ejus  
temporis, Hallensem integrum, prout quoque adhuc in annis 1342. &  
43. Ibid. pag. 1168. Eine kleine Gulden von Florentz vor 1. Pfund Hel-  
ler zu nehmen: Ad an. 1339. ibid. legitur: Florenus pro 12. grossis, gros-  
sus pro 20. Hallensib.: fecit iterum florenus 5. Capitella, grossus 5. pe-  
termengos: tantundem anno 1341., & sic respectivè 3. & 5. annis post  
Extravagantem Benedicti XII.: Grossus Turonensis, ein Gross Turnos 20. Hel-  
ler. Ibid. Tantundem anno 1345. Ibid. pag. 1169. Tres Schillingi grossorum  
novorum valent 30. Schillingi denariorum, id est, 36. tales grossi valent  
360. Cruciger. Trevir., 180. petermengos: quinque 36. sunt 180.  
Imd adhuc anno 1334. lego, Treviris expensum fuisse Grossum Meten-  
sem pro 5. petermengis: Distributi in die sepultura pro celebrantibus, &  
funus conducebantibus 18. Grossi Metenses: faciunt 3. fl. 18. alb., i. e. 90. pe-

sequentibus iterom alia-  
69. Annuum ceysum pa-  
auri, & gravitatis pondri  
alat DECEM GROSSOS  
veri canei regni Francie  
rum, imd & 37. Chan-  
so sigillo Canonis Archiep-  
ni aurii, & gravitatis po-  
nit per 37. solidos compo-  
creverit in alterum un-  
i denariorum: causa jun-  
iarii Trevir., sive wie-  
o Daleri Imperiale: ha-  
int ergo in unum telen-  
num ultra: Quodsi pu-  
talis faciet pro time 21.  
ne putatur fecisse, &  
um aureum Moguntium  
ano altaris 88. Simonis  
venis Moguntinis boni an-  
UIS GROSSIS REGA-  
quilibet floren competitati:  
Daleros Imperii, & vi-  
ti von Menze 3. Mark  
ile igitur antiquas Mo-

1 anno 1370. in perge-  
archiep., & Cartuſia S.  
i quid sub Cunone fuerit,  
r ibi, quid fuerint grossi  
Calendario Anniversario  
sic scriptum: D. Thoma  
r Turon. ANTIQUU, qu-  
i fuerunt estimati dati pa-

detur equidem cuius  
fuit in majori valore,  
el evalerat antiquus, \*



termengos, florenum more Trevirensi computando pro 24. petermengis,  
sive 2. capitellis.

**XI. QUONIAM** igitur nec *Clementina*, nec *Extravagans* Benedicti adjecerunt verbum *antiquos*, vel *regales*, & aliàs in solutionibus, atque computationibus potius intelligitur moneta *curfibilis*, *vulgaris*, *ordinaria*, & pro tempore legis, vel contractus *communior*, quàm *selecta*, & *rarior*, nisi hoc disertè exprimatur; sic per *argenteum* illum, vel *grossum Turonensem*, utrobique intelligo tantum 5. petermengos. \*

\* ATQUE ita tria millia Turonensium fecerunt 15000. petermengos, sive 5000. triarios Trevir., 2500. dimidia, 1250. integra capitella, 416. florenos 40. Crucig. modernæ moneta Rhenensis, 277. Daleros Imperii 42. petermengos, id est, 70. Crucig. Rhen.

**XII. PROINDE** 1.) Rectè dixit *Glossa* suprà §. IV., quòd 3000. Turonenses argentei ascendant ad 500. libras *Bononcorum parvorum*, sive denariorum valdè minutorum, ponendo unum *Turonensem* pro 40. parvis *Bononiensibus*. \*

\* **QUIA**, sicut demonstravi §. X., unus Turonensis *communis* valuit Sæc. XIV. apud Treviros 10. denariis Trevir., sive 5. petermengis: quilibet ergò denarius Trevir. præstít 4. denariolos Bononienses, sive hodiernos penningos Trevir. Atque ita 4. libræ parvorum *Bononensem* fecerunt tunc unam librā denariorum *Trevirensium*, scilicet 960. parvi Bononienses 240. denarios Trevir.: 25. libræ Trevir. 100. libr. Bonon. consequenter 125. libræ Trevir. effecerunt 500. libras Bononienses. Sunt autem 30000. denarii, sive 15000. petermengi Trevir., quos fistunt 3000. Turonenses, quilibet pro 5. petermengis, accuratè 125. libræ Trevirenses de anno 1312., & sequentibus, usque ad medium Sæc. XIV.


**XIII. RECTE** 2.) dixit in Corpore Juris glossato *Casus longus* ad hanc Clementin., quòd 3000. Turonenses faciant 250. aureos, id est, juxta *Panormitanum* florenos de Florentiâ, vel Camera. \*

\* **QUIA**

\* **Q**UIA computando juxta Extrav. Benedicti XII. 12. Turonenses pro uno florentino, & quemlibet Turonensem pro 5. petermengis, quilibet floribus, sive aureus talis valuit illo tempore 60. petermengos: ducenties quinquagies 60. sunt 15000. petermengi.

**XIV.** CUM itaque Glossa, Casus longus, & coeva documenta Trevirensia, punctualiter concordent, & in talibus materiis vel sola coincidentia plurium probet rei tactum, discamus

- a) **Q**UOD tunc Florenus de Florentia de cursu ordinario steterit 5. capitellis, donec paulatim ascenderit; grossus autem vulgaris, sive contradistinctus tam à regali, quam ab antiquo groffo, valuerit 5. petermengis, donec succedentibus deterioribus grossis novis & ipse venerit ad 6. petermengos.
- b) **D**ISCAMUS diætas Visitatorum juxta Extravag. Vas electionis. Sic e. g. in Germania Archidiæconus non accipiet ab Ecclesiis, nullum, vel minus duodecim, Collegium habentibus, ultra 50., Archipresbyter, sive Decanus ruralis, non ultra 10. Turonenses pro unius diei procuratione: primus ergo non ultra 250. petermengos, id est 4. Imperiales 34 petermengos, secundus non ultra 50. petermengos. Hodie tamen propter caritatem, & aucta rerum pretia Episcopi auxerunt taxam, quemadmodum pro Archidiœcesi Trevir. anno 1757. sic constituta est, ut Decano pro visitatione cujusque Parochia solvatur unus Imperialis, Definitori assistenti dimidius, Paroco pro hospitationis sumpta duo floreni Rhenani; haec autem pecunia defumantur ex fabricâ tam parochialis Ecclesia, quam filialium, & capellarum, si qua sint, pro ratâ virium inter has distribuenda, in harum autem defectum à parochianis.
- c) **D**ISCAMUS, quantum licuerit per Extrav. un. Joannis XXII. de sent. excom. anno 1316. accipere expeditoribus literarum gratiæ absque insolitis clausulis, neimpè Abbreviatori dabuntur 10. Turonenses, Executori, sive scribæ, 12. Primus accipiet 50. petermengos, alter 60. Quodsi clausulae insolitae venerint bullis inferenda, quilibet scribenda linea solvetur quartâ parte unius Turonensis, sive 10. Bononeis parvis, 1. petermengo, i. duplo Trevir.
- d) **I**NTELLIGE quoque Statutum Balduini Trevir. de anno 1310. cap. 116. In Ecclesiis, in quibus super conviviis in receptione Canonici, vel Monachi, tempore presentis statuti consuetudo servabatur, loco convivii hujusmodi, post receptionem predicantem purè, & simpliciter factam, una presentetur cappa ad



ornamentum Ecclesie, valoris centum GROSSORUM Treverensium ANTICORUM, ubi alias cappa majoris pretii minimè solvebatur. Statutum antiquum S. Simeonis habet; centum grossorum TURONENSIMUM. Ait Balduinus: antiquorum, & idèo pro quolibet tali Turonensi dabantur 12. denarii, sive 6. petermengi: centum faciunt 600. petermengos. Huic conformiter valori Jacobus à Sirck Archiep. taxavit anno 1449. pro Canonicis S. Simeonis, & cappà chori, hos centum antiquos Turonenses ad 25. florenos: sunt hi *Mesellani*, scilicet quilibet 24. petermengorum: vigesies quinques 24. sunt 600. En novam demonstrationem, quod grossus Turonensis antiquus fit moneta unius dimidii capitelli: hodie comparativè ad moderna capitella dimidia lubenter acceptaretur talis grossus pro 9. petermengis, si non ultra.

XV. ARGENTEUS Turonensis antiquus, elegantissimus nummus, meretur hic locum in effigie ex cuneo Philippico, cuius duas teneo species. Facies adversa habet in extimo circulo haec abbreviata: *benedictum sit nomen Domini Iesu Christi*; in circulo intimo, intra quem Crux: *Philippus Rex*, is nempè, qui cognominabatur *Augustus*. Aversa exhibit ferrum fuculare, *Eine Feuerhangel*: \* circularis inscriptio: *Civis Turonus*: \*\* ponderat unam drachmam (*ein Quintlein*) in lothoni habet 15. gradus \*\*\*



\* EXINDE vulgus vocabat tremissum ejus *ein Philipps-Feuer-Eysen*, de quo, non de toto Turonensi Philippico, accipe valutationem quatuor Rheni Electorum de anno 1502. *Prodrom. Hist. diplom. Trierir. Tom. 2.* pag. 1182. *Ein Philipps-Feuerisen* 2. albos, puta rotatos, id est 4. petermengos; valuit ergò tantum, quantum aliud fuculare duplicatum: *Ein*

**hubel Fuyrisen 2. albus:** Ein halb Fuyrisen 1. albus: *Ibid.* tria dimidia focularia ferra faciebant grossum Turonensem vulgarem, sive 6. petersmengos.

\*\* HAC inscriptione discernitur Turonensis Regalis à communi grosso Gallico, ut notavit Professor Joachim Unterricht von dem Münzweesen lib. 2. cap. 2. §. 9.; nam grossi Philippi pulchri, Ludovici Regis, & aliorum, licet quodque præ se ferant foculare ferrum, non tamen habent hæc verba: *Civis Turonus*, quinque minoris valoris. In theca monetaria S. Maximini Trevir. vidi Turonensem Caroli Regis, per omnia simillimum Philippico, in quo & verba: *Civis Turonus*: hanc postremam monetam *Joannes XXII.* banno suo communivit in Extrav. un. de Crim. fals. Alii vero monetam falsam sub vero signo clarissimi in Christo filii nostri CAROLI, Regis Francorum, & Navarra illustris, studiosè depravant, & ex hoc cadit à suo recto pondere. Quidam plures etiam in locis circumvicinis, quibus de jure, aut consuetudine, seu privilegio, jus competit fabricandi monetam, signum proprium moneta regia moneta sue, quam fabricant, imprimere, seu insculpere moluntur, ejusdem quantitatis, & jucunditatis, literarum figura, quam habet moneta regia, moneta sue, quam fabricant, quantum possint similius, speciem, & formam insculpunt, constituant, & imponunt: & quamvis moneta prædicta eorum, ad usurpatam similitudinem perducta, deficiat à justo pondere argenti, & solito in regia monetâ & more & consuetudine observato, simplices tamen, & populares personæ, non habentes inter monetas tantæ similitudinis peritiam discernendi, falluntur quotidie eâ occasione in usu monetarum, recipientes monetas falso assimilatas pro veris. Hi, & similes falsarii feriebantur excommunicatione Papæ referendâ. Fuit hæc constitutio temporalis, neque extenditur ad monetas successorum Caroli, multò minus generaliter contra quosvis falsatores monetarum ubique locorum.

\*\*\* SICUT experimento probavi, ita quoque docet expertissimus rei monetariæ Joachimus loc. cit. Die Turnosen sind in der Stadt Tours gepräget worden, daher sie auch den Nahmen bekommen haben, und werden selbige sonst genennt Argentei, Grossi denarii Turonenses: sie hiesse Gross, Groschen, weilen sie die dickeste Silber-Münze waren, deren man sich in Frankreich bisher bedient hatte. Diese Münze ware ehedem sehr stark im Gange: sie hielte 15. Loth, und 64. Stück eine Mark aus. Hinc aestima ejus valorem: quatuor faciunt infallibiliter parvum Dalerum Francæ, un petit ecu de France, einen halben 7ben-Kopftücks-Thaler, einen kleinen Thaler; nam imprimis sunt lothoni argenti eidem pares, deinde quatuor ponderant semunciam, ein Loth: Quo igitur tempore, sicut adhuc bene recordor, integer ille Dalerus gallicanus erogatur pro 7. capitellis, unde & nomen accepit in Germania, stetit unus

RUM Treverensium A.D.  
imini solvabatur. Sed  
rum TURONENSIA.  
er tali Turonensi dabo  
scimus 600. petersmengos  
uep. taxavit anno 1449  
s centum antiquos Tu-  
er quilibet 24. petersmengos  
ovam demonstrationem  
ius dimidii capitelli: he-  
benter acceptarent illa-

us, elegantissimus  
eo Philippico, cuius  
mo circulo haec ab-  
fi; in circulo ini-  
ē, qui cognomine  
Eine Feuerhan-  
\*\* ponderat unam  
15. gradus \*\*

Fipps-Feuer-Esel, &  
pe valuationem quatuor  
diplom. Trier. 111. 2.  
na rotata, id est 4. po-  
tocolare duplicitum: Eu-



grossus antiquus Regalis per proportionem  $10\frac{1}{2}$  petermengis, sicut anno 1347.; nam octies  $10\frac{1}{2}$  petermengi faciunt 7. capitella. Planè itaque erravit *Varadinus* ille, sive, ut leges ajunt, *Zygotates*, qui 22. Aug. 1741. consultus super aliquâ obligatione redimibili de anno 1363. respondit: 7. Pfund alter Königs-Tournesen seynd werth 161. Reichs-Thaler: Aut iste nescivit, quot Turonenses essent 7. libræ Turonensum, aut quanti valeret unus. Septem libræ sunt 1680. Turonenses: octo faciunt unciam prædictum Galliæ: resultant 210. tales unciales: quanta diversitas à 161. Daleris Imperii ad  $4\frac{1}{2}$  capitella! Sed adhuc palpabilior est error, qui ibidem mox sequitur: 5. Schilling Tournesen (erant similiter Regales, & constituant 60.) 40. Alb. Colon., qui sunt dimidiis Dalerus Imperii: debuisset scribere:  $7\frac{1}{2}$ . Unciales Galliæ. Hiulcum est finale: 7. Tournesen, die man nennt alte Groschen, seynd werth 1. Reichs-Thaler 32. Alb. Ergone plus valerent 7. Turonenses antiqui, quam 5. solidi Turonensum antiquorum Regalium? Jure meritò igitur hoc judicium imperiti in arte periti rejecit Consilium Luxemburgense, præcipue quoque hâc de causâ, quod super eâdem illâ lite, iisdemque sortibus monetarum, tria dissonantia responsa dedisset. Nihilominus spes mihi nulla fit, fore, ut illustres Germaniæ Judices dimittant præjudicium, standum esse attestatis Zygotatum Circulorum Imperii: concedo lubenter quoad examinandum valorem monetæ, ipsis transmissæ, & quoad ea, quæ physiè probantur analysi per ignem, atque examine per pondus, & lapidem lydium, quoad historica nego, pernego, eos sive pro iuratis, sive pro peritis in arte, hoc ipso, quod *Varadini* sint, habendos esse, cum nihil sint aliud, quam Docimastes, Estimatores, Censores, Probatores monetæ à se visæ.

XVI. Vero cuneo Turonensis Gallicani subjungo alium, per licitam, publicamque imitationem in Germaniâ fabricatum, nempe *Tuitiensem* Archiep. Colon. Hermanni. In adversâ extimus circulus literalis ait: *Sit nomen Domini benedictum*, intimus signat *An. M. CCCCLXXXII.* In aversâ, ubi ferrum foci, extimus circulus habet verba: *Turonensis Tuiciensis*, intimus: *Hermannii Archiep.* \*



\* PONDERAT tres quartas semunciae, 3. 16-theil, & est graduum 14. in lothonie: nequit ergo valore æquare Grossum regalem antiquum. Medietas ejus, Ein Duitscher Hermanus - Blane, taxata fuit an. 1502. pro 17. Hallensibus rotatis. Monetar. Trevir. pag. 1182., ideoque iste Turenensis Tuitiensis ad minimum valebit 5. petermeng.  $1\frac{1}{3}$ . Crucig. Trevir. imò benè 6. petermengos, & ultra, hodie.

XVII. QUID nunc grossus Trevirensis? Treviri habuerunt duo genera grossorum: \* Unum simplicem, einen einlegigen, einfachen, Trierischen Groschen; \*\* alterum duplicum, einen doppelten, oder Peters-Groschen. \*\*\*

\* UTERQUE venit sub nomine valde generali, & æquivoco alicujus Albi, eines Weiß-Pfennigs, ex quo profecti sunt errores multi circa antiquas obligations; cum debitores obtrudere soleant albos minores loco majorum. Grossum duplicum Histor. diplom. Trevir. recte vocavit Album Grossum, male Album rotatum.

\*\* Simplicis grossi effigies varias conspice in Prodromo Hist. dipl. Trev. Tom. 1. pag. 624., videlicet Archiep. Udonis sub num. VIII. Canonis sub num. XIX. tabul. 1., & tab. 2. Wernerii sub num. XXVIII. & XXIX., nec non in Tom. 2. Hist. ejusd. pag. 885. Jacobi Badensis sub num. XXIV.

\*\*\* Duplicitis grossi Trevirensis diversos typos dat ead. Hist. Tom. 2. pag. 885. sub monetarum num. V. XI. XIV. XV. XVI. XVIII. XIX. XX. XXI. XXII. XXIV. XXV. XXX. XXXI. Multos quoque protulit Joachimus im Groschen-Cabinet.

XVIII. GROSSI Trevirensis simplicis rarissimam, & anti-



quissimam petiam servo ex dono æstimatissimo , quod vir Senato-  
rii ordinis mihi fecit, Sæc. IX. Treviris stampatam : Rectæ facie,  
ubi Crux, inscriptum est: HLOTARIUS IMP.; alteri: TREVERIS  
CIVI: en cuneum: \*



\* IN lothona habet 11. gradus , in pondere unam quartam semuncie,  
1. 16-theil. Huic apposuisse alium Theodorici à Wedâ Archiep. electi  
1212. lothon. 9., ponderis 2. quartar. semuncie, 2. 16-theil currant.,  
nisi malâ fortunâ modò nescirem, ubi sit: In adversâ est imago S. Petri  
cum circularibus literis: Theodr. Archipic. in aversâ scutum quadriparti-  
tum, cuius angulum primum, & quartum occupat Crux Trevirensis,  
secundum, & tertium trabs, insigne gentis Wedanæ: in summitate scuti  
à dextris est scutulum Archiepiscopatus, à sinistris scutulum familiae:  
Scriptura circularis: Moneta nova Ril., quo postremo verbo puto signi-  
ficari locum Argentaria, fortassis Reil, vicum supra Mosellam.

XIX. SED & Wernerî Archiep. exhibendus hic est grossus  
simplex , ut potè qui hunc, ad distinctionem ejus à Grossio Petrino,  
expresè jussit vocari grossum Trevirensem. Monetar. Trevir. ad an.  
1394. pag. 1176. \*



\* EJUSMODI simplices grossi raro cadunt in manus, duplices autem sapius. Præsens Wernerianus inventus est anno superiore in Ecclesiâ S. Simeonis inferiore, dum ad navim allongandam amovebantur stalla veteris chorii. Excudit jam talem in duplo Prodromus Hisp. diplom. Trevir. Tom. 1. pag. 648. tab. 2. sub num. XXVIII. & XXIX., in quibusdam modici momenti ab hoc cuneo variantem. Deceptus est autem D. Joachimus in Groschen-Cabinet, credendo, ambos illos albos esse sic dictos Anglicos, Englische; nam neque est Anglicus Werner, quorum 12. debebant facere 6. petermengos, ut ex imparitate cum unum ibid. sub num. XXVI., qui est ejus *Anglicus*, postea Trevir. Cruciger dictus, eluet; neque est *Anglicus* ille alias, longè latèque usitatus, qui faciebat tres Crucigeros Trevirenses, sive diuidium Triarium, de quo legatur Chronic. Limburg. Tom. 2. prodrom. pag. 1104. ad an. 1335. Sex Hallenses constituant *Anglicum*: 16. Angli faciunt 96. Hallenses. So ware Juncker Johans, Hern zu Sympurg, Schwester Vela alhenn usf dem Refectorio in Vigiliâ ascensionis Domini bey dem Chore Vesper-Schanc: Es wurden usfgetragen 3. Viertel Weine, kostent zusammen 16. English, das waren zusammen 32. alter guter Pfennig, der einer 3. Hallenses galte, und ein Hallensis der Zeit besserer ware, als jetzt ein guter Pfennig seyn kan. Erant duo capitella. Wernerus ipsem dixit, esse grossum trium solidorum, quo nomine petermengos suisse indicatos, probavi in brevi Instruct. de solid. spec. argenteo. Petia hæc, licet aspectu parva, est triarius Trevirensis, illi, quem anno 1703. in parvâ figurâ eudi fecit ex puriore argento Archiep. Joannes Hugo, cum epigrapha: III. Petermenger, extatque in Prodromi Tom. & loc. cit. sub num. XLII., & pondere, & lothonie compar; uterque enim nummus ponderat 1. 16-theil, uterque est lothonis 12. ergo plus, quam *Anglicus*.

XX. **GROSSUS** Trevirorum simplex valuit sub Balduino, sicut sub Werner, & hodie, quo nostro tempore vocatur à tribus petermengis *triarius*, videlicet 6. Trevirenses penningos, qui à Werner nuncupati sunt *Anglici*, deinde vulgo *Schillingi*, demum *Crucigeri*, sive valuit 5. Crucigeros Rhenenses, 4. Imperii. \*

\* SUB Balduino legitur in monetario Treviri pag. 1168. ad an. 1339. Grossus pro 12. Hallenisbus: confequenter duo simplices grossi plus valuebunt, quam unus grossus communis duplex, de quo ibidem: Grossus pro 20. Hallenisbus. Hallensis ille erat noster duplus. Wernerus ita parificavit rem, ut grossus simplex valeret 3. solidos, id est, petermengos, duplex





sex: Wort soll man einen halben Peters-Groissen schlagen, das ist, ein Trierisch Groiss: soll gelten drey schilling triersch: reliqua vide infra §. XXIV. Erat hic solidus *novus*, postea dictus ein Rader-schilling.

**Observatio.** Cum grossis, quos voluit Wernerus vocari Trevirenses grossos, non debent confundi Alli, sub eodem Wernerero percuti incepit, de quibus anno 1417. Concordia trium Electorum Rheni, & Ducis Juliacensis: Item salt auch iglicher von uns Hern silbernen Wyspennige, und halbe Wyspennigen dun schlazen, die halten sullen nach gebure Echt pfennig fines silbers (id est, 10. lothones 12. grana,) und der wypenninge sollen hundert, und seese gaen usf einen Collschien March gewiegen, und mit mee, und der Englischen, mit nahmen halbe wypenninge, der sullen zwey hundert, und sechszenen usf eine March Collsche gewiegen gaen; und man salt derselben wypenninge (id est, primo loco nominatorum alborum) zwanzig und einen halben geben, und nemmen bur den vurgenannt nutter Gulden einen: Auch salt man drylinger, und baller schlazen: die drilingen sollent halten 7. pennige fines silbers (id est, 9. lothon. 6. gran.) und sullen wiegen 400. einen Collschen March. Item die Heller, oder Mörge sullen halten  $4\frac{1}{2}$ . penning fines silber (5. loth. 12. gran.) und sollent wiegen 50. ein Loth; und der wypennung soll gelden 12. Heller. Hisb. diplom. Trev. Tom. 2. pag. 359. Hic enim est antiquus ille *albus*, sub nomine *rotati* celebratus, cuius divisores fuerunt 1.) *Anglicus*, semissem ejus faciens; 2.) *Trilingus*, à tribus Halleris vocatus, propter quod in Monetario pag. 1176. etiam vocatur à Wernerero ein drey Heller-pfennig, sive *dimidiatus Anglicus*, & *quarta pars* albi rotati, & denique 3.) *Morgio*, sive *Hallenfis*, postea exaltatus in *denarium rotatum*, qui modò est Trevir. duplus. Hæc divisio habetur quoque de anno 1425. Monet. pag. 1178. column. 2., ubi gradatim descendendo sic ponitur: Wyspenningen, Englisch, Driling, Haller. Florenus auri (qui erat 20. caratarum, cum veteres essent 23., & quorum 66. pendedebant marciam ponderalem Colonensem) stabat 41. petermengis, sive  $20\frac{1}{2}$ . albis rotatis.

**XXI. Grossus duplex**, stampatus ad valorem *communis grossi Turonensis*, jam fuit apud Treviros, \* priusquam Electores nostri inciperent eundem fabricare ad quantitatem, & jucunditatem *Grossi Turonensis*. \*\*

\* HABEO grossum talem, *communi Turonensi* æquivalentem, Henrici à Vistingen, creati an. 1260., cuius loto est 15., pondus 1. 16. Theil, sicut

sicut erant boni Turonenses ordinarii Sæc. XIV. Inventus est ante annos circiter octo cum quantitate ejusmodi petiarum argentearum defossâ in aperto campo propè Erang infra Treviros; Vid. Prodom. Tom. I. pag. 632. §. 2. Ex solo aspectu, & absque examine aurifabri, nemo credidisset, ipsum esse grossum antiquum duplicum.

\*\* INCEPIT Boëmündus II, Baldvini anno 1354. Successor. Vid. Hist. dipl. Trewir. Tom. 2. pag. 885. sub num. monetar. V., antiquiores grossos ad elegantiam Turonensem non inveni à nostris Archiepiscopis. Censet Rmus. & Illmus. ab Hontheim loc. cit. pag. 888., hunc grossum Trevorensem fuisse antiquo grosso Regali parem, quod & ego credo, saltem eatenus, quodd valuerit plus aliis Turonensisbus ordinariis. Ibidem præ coeteris distinguunt se grossi majores tres, videlicet prædictus Boëmundi, Cunonis sub num. XI., & Wernerii sub num. XIV., propter quod Rmus. & Illmus Author censuit, etiam Cunonis grossum esse imitationem grossi Regalis. Quod Cuno præter alios grossos, stampatos ad 6. petermengos, etiam cuderit unum ad 7<sup>1</sup><sub>2</sub>. petermengos, probatur ex Unione monetariâ, quam anno 1371. initiv cum Wenceslao Duce Luxemburgi, de cedendo grosso communī utriusque patræ, 30. denuriōrum, sive 5. Anglicorum, id est, 2. triariorum cum dimidio, 12. lothon., & quorum 64. penderent unam marcā argenti Trevericam. Histor. diplom. Trew. Tom. 2. pag. 255. Vidi nuper Luxenburgensem grossum, in cuius unâ facie est Luxenburgense scutum, superpositâ magnâ coronâ, inscriptio circularis: moneta nova Lucenburge; in altera est Aquila simplex, expansis alis, sicut in illo grosso Cunonis nostri, quem exhibet Prodromi Tom. I. pag. 624. num. XX. Videtur expreſſe electa fuisse hæc Aquila ad denotandam utriusque nummi communionem.

XXII. GROSSI Trevirensis duplicitis ordinarii valor fuit 5. petermengorum, sicut suprà dixi §. X. de Grosso Turonensi vulgaris, usque ad Cunonem Archiep.

\* Ex dicto ꝑpho applica hoc probationes; neque enim verosimile est, Monetarium Archivi Electoralis Trevirensis potius loqui ibidem de cuneis exteris, quam de domesticis.

XXIII. SUB Cunone grossus ordinarius Trevirensis major, sive duplex, percussus fuit ad 6. petermengos; sive, ut is foret exactè alterum tantum grossi Treverici simplicis, sive, ut conciliare-



tur æqualitas grossorum novorum cum grosso, vel Turonensi antiquo.

\* MONETAR. Trevir. ad an. 1371. loc. cit. pag 1173. Man soll schlagen wylle Pfennig, iglichen von 2. Schillingen, der halben soll in dem Assay  $9\frac{1}{2}$  pfennig fyns (id est 13. Lothig) und der sollen gan usf eine March gewiegen XCI, und ein halber. Jam spēnotavi, quod solidus numeralis semper fuerint 12. denarii, quodque penningus minutus, five denarius, ut veteres loquebantur, post medium Sæc. XIV. non fuerit amplius Cruciger Trevirensis, ut antè, sed duplus tantum: itaque duo solidi fecerunt 2. triarios, five 6. petermengos: dele itaque in brevi instrukt. de solidi spec. argent. §. 4. in notâ omnia à versu: nisi fallor, ubi per nimietatem posui talem grossum album ad 12. petermengos, quos nullus unquam grossus regularis, seti ordinarius, valuit, saltem ex primævâ stampâ, licet extraordinarium habeam, qui abunde præstet 15. peterm. Friderici, Joannis, Georgii, cum inscriptione: Grossus novus Ducum Saxon. Lotho ejus est 15., pondus 5. 16.-theil. Angelus aliger tenet scutum, in quo sunt duo deeussati enses. Minor ibi Cunonis moneta ad 12. denarios, five unum solidum: Cleyne pfenninge, als einen von einem schilling, erat præsens triarius: alter ad 6. denarios, einen von VI. pfenningen, erat dimidius triarius, five tres Crucigeri Trevirenses: tertius ad 2. denarios, einen von II. Penningen, præsens Cruciger Trevirensis: itaque sub his speciebus non continebatur solidus novus Werner, sicut tunc putavi. Valebat aureus tunc cusus 9. capitella: Golt-Gulden, der eyner soll gelten XVIII. der vorgenannten Wyßpenning, id est, 18. dimidiis capitellis. Adde ibid. pag. 1173., ubi 20. tales grossi commutabantur in aureum 10. Capitellorum, erantque lothoni meliores prioribus, licet paulò minores pondere: Gulden fullen halten 23. Graet: 66. der Gulden fullen gaen usf 1. March fyns Golds: der Gulden soll einer gelden 20. alb. Wyßpenning fullen halten usf der Assene 10. penning fyns, das macht 13. Loth, und 1. Quinten; und der Wyßpenning sollen gaen usf ein March 96.

XXIV. WERNERUS Archiep. mansit an. 1394. in pede, quem pro grossis, majore, & minore, elegerat Cuno; \* solummodo solidum novum introduxit. Postmodum induxit albos de quibus §. XX. in observatione. \*\*

\* Anno 1394. sic ordinavit: Soll geschlagen werden ein Großer Penning: soll heißen ein Peters-Großse: licet enim in simplicibus grossis eius

etiam fuerit imago S. Petri, tamen non ita venustè sub throno operis Gothicici: derselben sollen XX. vor eynen guten schwarzen Gulden stehen: Soll der Gulden nit meher, dan VI. pfund Geltz trierscher wehrongen sijn. Soll der Peters-Groisse glich eynem alten Wysspenning IX. Penning fynes halten (id est 12. Roth) und soll gelten VI. schilling triersch. Reliqua lege supra §. XX. Tunc libra Trevir. stabat 20. petermengis, nec amplius unus triarius repræsentabat solidum numeralem, sed petermengus. Aureus iste erat de gravibus, & bonis, non de vulgaribus, ut pote qui postrem non per grossos Petrinus, nec per grossos Trevirenses, sive triarios, computabantur, sed per albos rotatos, maximè in terris Rhenensibus, & ultra Rhenensibus, & vulgo vocabantur Albi, Weyßpfenninge Vide supra §. XX. in notâ ad ordinat. monetar. de anno 1417. Et hinc

\*<sup>\*\*</sup> Resolute ultimatè difficultè illam paginam Historiæ diplom. Trevir. Tom. 2. pag. 316., ubi anno 1400. Castrenses Wernerii in Montabaur acceperunt suam soldam per florenos simplices, marcas, florenos pagamenti, & florenos auri: Florenus ille simplex stetit 12. albis, id est, rotatis, duobus capitellis, sicut hodie: Marca 16. albis, sive 32. petermeng. Florenus pagamenti 20. albis, sive 40. petermengis, sicut in computibus hoc sèpè inveni. Florenus auri 42. petermeng. Coicidit Monetarium Trevir. loc. cit. pag. 1177. Anno 1404. 1. florenus pro XXI. alb. Anno 1406. 1. florenus pro XXII. alb. Anno 1410. 1. florenus pro XXI. alb. Anno 1416. 1. florenus pro XX. alb. Confer ibid. pag. 1178., ubi anno 1425., sicut anno 1417., 20 $\frac{1}{2}$ . tales albi fecerunt florenum 19. caratar. auri; Albus idem valebat 9. denarios, sicut constat ex suppuratione marca, quæ perficitur numero denariorum 144. hi denarii erant nostri dupli: igitur unus albus de rotatis jam erogabatur uno duplo ultra pedem valoris ordinarium, cùm alias 18. facerent 144. denar. Et ideo quoque 17 $\frac{1}{2}$ . fecerunt 1. libr. hall., cùm alias 20. ad hoc desiderarentur.

XXV. SUBSECUTI Electores Trevirenses, Otto à Ziegenheim, Rabanus ab Helmstatt, Jacobus à Sirck, Joannes Badensis, stamparunt quidem adhuc grossos majores, sed non ita bonos, ut recensiti. \*

\* TENEBO grossum majorem Jacobi à Sirck, quem vide excusum in Tom. 2. Hist. dipl. Trevir. pag. 885. sub num. XX. Est 12. lothonum, ponderat dimidiam drachmain,  $\frac{1}{2}$ . quint, & sic una tertia levior erat grossis Cunonis, Wernerii, cæterisque antiquis ordinariis.



XXVI. ET sic per declinationem monetæ invaluerunt *Grossi*, ac *Turonenses* per Germaniam duorum alborum rotatorum, sive quatuor petermengorum. \*

\* QUANQUAM & hi ipsi respectu monetæ *nova* anni 1502. tam boni fuerint, ut valore ascenderint saltem ad 6. petermengos : nam *Coloniensis Turonensis*, id est, grossus duorum alborum rotatorum *Coloniensium*, qui non fecerat 4. petermengos, valvabatur tamen tunc à *Foerme Radensi*, ceterisque Rheni Electoribus ad duos albos rotatos *Trevir.* monetæ. *Monetar.* *Trevir.* loc. cit. pag. 1182. *Ein Colnisher Turnos* 2. albos. Et *blanco Trevirensis*, qui erat medietas grossi *Trevir.* junioris, atque in computibus adscribebatur pro duobus petermengis, ascenderat ad 20. *Hall.* rotatos : *Ein triersch bland vor 20.* *Heller,* i. e. 3. petermenger  $\frac{2}{3}$ . *Xt. tr.* Habeo quoque Grossum per pulchrum *Ruperti Palatini*, Archiep. Colon., cum imagine S. Petri, & inscriptione : *Grossus Tuitiensis*, 15. lothon, paulo graviorem grossum *Jacobi à Sirck*, in pondere tamen justo veteris grossi deficientem, cuius medietas tamen anno 1502. aestimata fuit 3. peterm.  $1\frac{1}{2}$ . *Crucig. Trev.* *Ein Duitscher Robertus-blanc* 22. *Heller.* Item Grossum Metensem 15. lothon.  $\frac{1}{2}$ . drachmæ, cum effigie S. Stephani genuflexi, cuius tamen medietas tunc taxabatur pro duobus albis rotatis : *Ein Meßland* 2. alb. Vidi quoque grossum ejusmodi *Saxonicum* cum duobus decussatis gladiis, & inscriptione : *Grossus novus Ducum Saxoniae*, 5. lothon., & aliquot granor., qui ponderabat  $\frac{1}{2}$ . drachmam, ad 4. petermengos aestimandum, sicut Sæc. XV., & XVI. currebant in communi tales grossi.

XXVII. Hæc Grossorum circiter ab anno 1400. facta quoad trientem diminutio, *novi semissis grossi*, nempè *Albi rotati*, nec non *quadrantis*, sive *novi Anglici*, \* percussio benè notetur, tum, si velis intelligere *Chronicon Limpurgense* quoad rem monetariam, tum præcipue, quia hæc quærendum est initium, ac fundamentum sic dictæ *monetæ rotatæ*, quæ tot jam exercuit ingenia. \*\*

\* DUM *Anglici* nomen imponebant *dimidio albo rotato*, non sequebantur valorem *Anglici antiqui*, de quo supra §. XIX. in not.; illum non poterant amplius vocare, quia hæc moneta erat trium *Crucitorum Trevir.*

Ille autem duorum. Arbitrariè itaque hoc fecerunt, sicut, cùm anno 1394. Wernerus voluit cruciatum Trevir. vocari Anglicum.

\*\* DE hâc in dissertatione proximâ: hâc solûm notetur, ab hisce albis valorem floreni auri fixum fuisse, ab initio ad 20., deinde ad  $20\frac{1}{2}$ , posteâ ad 24., demum ad 26., imò à Carolo V. ad 28., donec tandem exinde constanti usu determinaretur Dalerus imperialis ad 27. tales albos, id est, 54. petermengos. Interim has inter mutations valde decrevit moneta bonitas intrinseca: Cùm grossi sub Canone essent 13. lothon. 1- quintæ, sub Werneru 12. loth., albi sub hoc tantum acceperunt 8. penningos argenti puri, i. e. 10. loth. 12. grana, & sic tertia pars erat cuprum. Hallenses sub Werneru habebant  $4\frac{1}{2}$ . penningos, sub Rabano acceperunt 5., sub Joanne II. anno 1464. tantum 4. penningos, i. e. 5. loth. 6. grana.

### XXVIII. Ex quibus notitiis jam intelliges in Chronico Limburgensi sequentia: Extat in Prodromi Tom. 2. à pag. 1048.

- 1.) Pag. 1098. ad an. 1375. Nota bene: 10. Schilling Penning, sive 10. solidi denariorum, equiparabant Turonenibus 15., sive 30. Albis. Vides, Turonensem esse duos Albos, certe non petermengos: Vides, 15. Turonenses æquiparari 10. solidis denar., i. e. 120. denariis: quilibet igitur Turonensis stitit 8. denarios: denarii hi erant graves, quia 9. Hallenses antiqui faciebant eorum tres, ut loc. cit. mox subjungitur: ter 8. sunt 24: ergo unus Turonensis fecit 24. Hallenses, i. e. duplos Trevir. ergo 6. petermengos. Hic sumpsit Chronicum Turonensem antiquum.
- 2.) Pag. 1106. ad an. 1391. Wollfeilheit Weins, und Korns: ut Laurentii das Walter Korn 12. Groschen: Ein Groschen ware 16. Heller: 12. Groschen ein Gulden. Ubi Mechtelius Hallensem ponit, constanter intelligit Hallensem moneta gravis, nisi expressè addat: Nader-Heller, qui minor erat illo: talis erat noster modernus duplus, quorum tres faciunt Crucigerum Imperii, sive quartam partem triarii Trevir. Vid. brevis. de solid. filio §. X.: sumpsit ergo grossum pro 4. petermengis, & florenum pro 48., qui posteâ dictus est rotatus.
- 3.) Pag. 1119. ad an. 1494. Als hende Chur- und Fürsten, Trier, und Hessen, zu Lümpurg waren, 6. Biertel Wein gepräsentiret worden: jeder quart 5. Heller: facit  $7\frac{1}{2}$ . thornes. Viginti quatuor quartæ sunt 120. Halleri prædicti, 30. petermengi: stetit tune unus Turonensis 4.

Universitäts- und  
Landesbibliothek Düsseldorf



petermengis. Concordat, quod scribit ad an. 1496. dem Herrn Weihbischöffen präsentaret 3. Viertel Wein: die quart 4. Heller, facit 3. Turnos: ergo unus Turonensis 16. tales Limpurgenses, id est, graves Hallenses. In his duobus locis Author Sec. XVI. in XVII. aut non est locutus de grosso Trevirensi, utpote qui fuit 6. petermengorum anno 1391. & 94., aut deceptus est à Turonensibus sui xvi.

- 4.) Pag. 1117. ad an. 1432. ware die Landsteuer diesem stiftt 50. libb. Trierisch: das waren 20. Gulden 10. Thornes schwer Geld. Erant 250. Turonenses; quælibet ergo libra 5. Turonenses, id est, 20. petermengi, sicut sub Werner, qui primus hanc libram Trevirensim introduxit, da quâ idem Chronicon cit. pag. diserte scribit: & libra facit 10. albos; per albos autem Chronographus iste intellexit rotatos, nisi adderet simplices. Florenus hic fecit 12. Turonenses, fuitque rotatus.

XXIX. GROSSORUM hujusmodi, seu Turonensium Rhenanorum ad duos Albos, seu quatuor Petermengos, percussio evanuit postea: \* Et Electores Trevirenses reversi sunt, exemplo Cunonis, ac Werner, ad petias 6. petermengorum. \*\*

\* Causam puto fuisse, quod Cæsar, & superior Germania tanti noluerit accipere istos grossos, ut 12. eorum æquarent 12. duplices grossos Imperii ad 6. Crucigeros gravissimos, qui debebant constitutre florenum, postea Dalerum imperiale dictum, ad 72. Crucigeros Imperii: nam grossus ille imperialis, ein sechser, de jure faciebat 18. Hallenses, five Trevirenses duplos; econtrà grossus Rhenensis valuit tantum 16.

\*\* LOTHARIUS à Metternich fabricari fecit an. 1622. valde impuram petiam cum figurâ S. Petri, & inscriptione VI. alb., quam vide in Tom. 2. Hist. diplom. Trev. tab. 2. pag. 885. sub num. XXXVI. Meliorum, & elegantiorem dedit Franciscus Georgius anno 1734. sub nomine  $\frac{1}{2}$ . Popstuck Chur-Trier. Land-Münz, quam vide ibid. sub num. LII.

## T A N T U M.

# S P H A L M A T A

Instructionis brevis de *solido ficto*, propositæ 6. Aug. 1759.

- I. Pag. 3. in not. §. 8. *Marca est major libra: libra plerumque dextans.* Non: libra est 240., marca 144. Si post Wernerum legas interdum *marcam libram maiorem*, ut suprà §. XXIV. in not., tunc retinebatur alicubi adhuc pes *antiquus* marcas juxta pedem *novum* libræ Wernerianæ. Divisio libræ in *majorem*, & *minorem* retineri potest apud Treviroes, sed non debet referri ad *antiqua tempora*. Et catenùs interpretare dicta ibid. §. XVII. Monetarium Trevir. eo loco allegatum loquitur de librâ *Hallenium*, quorum duæ libræ utique valent 20. Schilling *denariorum*, quia Treviris duo Hallenses fecerunt unum denarium, & sic paritermitter 1. libræ *Hall.* valuit 10. Schilling *denar.*
- II. Pag. 8. in not. Florenum estimavi anno 1314. *sex capitonibus*: malè; maldrum enim filiginis in illâ caristiâ stetit 600. *denariis*, 300. *petermengis*, florenis aureis 5., computando quemlibet pro 12. grossis ordinariis.
- III. Pag. cād. §. XIX. admisi adhuc anno 1328. usuras *decunes*: fuit error ex suppositione falsâ, quod tunc libra denariorum fuerit duntaxat 10. solidi, cum esset 20. Sæc. XIV. rariū apud nos occurruunt usuræ *censuæ* ultra 5. pro 100., pleræque sunt 4. pro 100.

## Q U Ä S T I O

Ad illustrandum hic, & alias dicta de *Solido*.

*Quinam Solidi Speciei repræsentarunt Solidum fictum denariorum?*

- Denariorum, five Crucigerorum *maximorum*, solidum repræsentavit, & adhuc repræsentat *Schillingus Brabantie*, conditus *de* permissæ Schilling., qui præstat 12. Crucigeros *bones*, five Imperiales, 15. Rhenanos, 18. Trevir., five 9. petermengos, & sex faciunt Dalerum imperialeum. Horum solidorum hoc bello durante millions eusi sunt à diversis Germania Principibus, sub inscriptione: VI. einen Reichs-Thaler, sed plurimi adulterini, & à Cæsare proscripti.


496. dem Herrn Weh  
4. Heller, facit; Tu-  
ser, id est, grave; He-  
XVII. aut non est loc-  
rmengorum anno 1391.  
  
iesem suffit 50. libb. lib-  
pver Geld. Erant 130.  
id est, 20. petermengi,  
witensem introducti, da-  
libra facit 10. alios; pe-  
ns, nisi adderet sumptu-  
ans.

Turonensem Rha-  
os, percussio evanit  
, exemplo *Canonicis*,

ermania tanti noluerit ac-  
duplices grossos Imperii  
titulare feruum, posset  
Imperi: nam grossus  
llenies, five Treviren-  
m 16.

1611. validi impure-  
tib., quam vide in Tom.  
XXXVI. Meliorum, &  
1734. sub nomine:  
ibid. sub num. LII.

M.



*Observatio.* De ejusmodi solidi omnium gravissimo loquitur charta Sculteti, & Scabinorum de Poppardiā ad Canonicos S. Simonis Trevir, de anno 1323. *Repperimus in eodem testamento volis, & vestra Ecclesiæ VIGINTI SOLIDORUM redditus, seu censas annuas, TRIBUS HALLENSIBUS PRO QUILIBET DENARIO COMPUTANDIS, specialiter legiſſe, & denaſſe.* Erant quinque moderni floreni Rheneneses ad 60. Crucigeros, 36. petermengos. Eadem oratio potuit sic efferi: 30. solidis pro librâ computatis, ut legitur in *Hist. diplom. Trev. Tom. I. pag. 704. ad an. 1230.*, sumendo solidum pro 12. denariis Trevir., & denarium pro 2. Hallensibus; in idem enim recidet, quia si libra fuerit 20. solidorum, denarium computando pro 3. Hallensibus, eadem libra erit 30. solidorum, denarium computando pro 2. Hall., sicut eum computabant Treviri: unde non accedo ei, quod ibi in not. d. dicitur: *Trevirenſium moneta & computus in eo differebat à communi Germania, quod illi triginta solidos, Schilling, in unam argenti libram computarent, cum alibi primitus viginti, deinde viginti quatuor solidi libram, 12. verò denarii, pfenninge, solidum conſtituerent: huic, inquam, non accedo, quia Trevirenſibus, ficut aliis Germanis, libra fuit 20. solidi, solidus 12. denarii, sed, quoniam denarius Trevirorum una tertia minor erat denario aliorum Germanorum, debebant scribi 30. solidi moneta Trevirenſis, quoties debebantur 20. solidi monetae gravis: id quod era nominatiū exprimendum, aliás dunataxat pro librâ Treviris soluti fuissent 20. solidi Trevir. Sic quoque lego in Calendario Memoriarum S. Simeonis: *Henricus Saxo 40. libras Trevir., per 40. solidos computatas.* Erat tempore fundationis Cruciger denarius, tempore scripti hujus Calendarii dimidius Cruciger, ideo necesse fuit, annotare, quod libra fit 40. solidorum.*

**DENARIORUM Trevirenſium** (eiuslibet per 2. Hallenses, sicut hodienum Crucigeri per 2. duplos) solidum repræsentavit usque ad tempora Boëmundi II. grossus antiquas 6. petermengorum.

A Boëmundo II. usque ad Wernerum Archiep. repræsentavit eum *Triarius*, five dictus à *Cunone* unius solidi *Albus*, ein Dreyer, dimidia pars grossi antiqui, five *Cunonis*.

**INDE** à Wernerō repræsentavit solidum unus petermengus, quem ipse omnium primus notavit his verbis: *solidus novus, velut imitando Gallos, quibus pariter incepit sua libra uſtalis, vel numeralis, esse modici valoris comparativè ad veterem, videlicet 20. Sols, qui nequidem constituant 20. petermengos.*

**PARER-**

## PARERGA. EX JURE GENTIUM.

**VETUSTAS**, *ex masculis progenitos plus diligens, solos nepotes, vel neptes, qui, quæve ex virili sexu descendunt, ad suorum vocabat successionem ... Divi autem Principes non passi sunt talem contra naturam injuriam.* §. 15. *Inst. de hæred., quæ ab intest.*

**Crisis.** *Vetustas ex masculis progenitos naturaliter plus dilexit: ergò non fecit progenitis ex fæmellis injuriam contra naturam.*

## EX JURE CANONICO. AD LIB. III. TIT. XIX.

I. *In permutatione beneficiorum inæqualis redditus potest Episcopus minus accipienti constituere pensionem perpetuam, gravando ipsum etiam beneficium, si Ecclesiæ interfit permutari.*

II. *Permutari ad invicem possunt duæ Ecclesiæ, atque duæ decimationes: item possessiones illarum Ecclesiarum, separato contractu, etiam interveniente pecuniâ ad compensandam earum inæqualitatem.*

III. *Abdicatio juris decimandi erga pecuniam per arbitros ordinari nequit.*

## AD TIT. XX.

**Ecclesia** *feudum, ex capite alienationis caducum, non consolidabit, nequidem ad dies vitæ alienantis, sed de eo filium alienantis, vel, hoc non existente, consanguineos, investiet.*

D

PARER.



### AD TIT. XXI.

*Actio pignoratitia non est in rem scripta neque de Jure canonico, neque de civili.*

### AD TIT. XXII.

*Fidejusso Clerici illicita non est propterea invalida.*

### AD TIT. XXIII.

*In quilibet mutatione monetæ consideratur unicè valor publicus, qui tempore solutionis est in usu.*

### AD TIT. XXIV.

*Solā causā, omnium piissimā, exceptā, nempē redemptionis captivorum, donationes ultra 500. solidos, quas laici faciunt piis causis, debent insinuari.*

## CASUS CANONICUS.

*Canonici omnes dederunt sua vota per cedulam, scrutatoribus traditam, bujus tenoris: cupio, & eligo dom. de Nicolai in pastorem, non exprimentes ore personam, sed tantum dicentes, se illum eligere, qui scriptus est in cedulā. Q. An valeat hæc forma? R. Neg. cum Boërio decis. 1.*

## EX JURE CIVILI.

### AD LIB. I. COD. TIT. XIII.

*Ex l. 2. in fin. b. t. arguitur 1.) Quod ævo Constantini M. Clerici tenuerint proprium. 2.) Quod habuerint testamenti factio-*

*nem. 3.) Quod eorum verba obliqua operarentur directam libertatem. 4.) Quod illorum postremum judicium, manumittens servos, non indiguerit ullâ solemnitate.*

### AD TIT. XIV.

- I. *Lex prohibens est eo ipso quoque irritans.*
- II. *Non est supra potestatem legislatoris civilis, refuscitare l. s. b. t., ut nec juramentum firmare possit ullos contractus lege prohibitos, decretalium jure non obstante.*

### AD TIT. XV.

*Vivæ vocis suæ oracula jaētanti, nequidem judici, nisi in paucis, credendum hic voluit Princeps; quantò minus credemus privatorum Doctorum libris, privilegia, vivæ vocis oraculo à summis Pontificibus data, jaētantibus?*

### AD TIT. XVI.

*SCTa anno 384. non amplius vim legum, sed simplicium duntaxat statutorum (quæ tamen Princeps reverebatur) habebant: quapropter Leo Imp. in Nov. 78. non abrogavit l. un. h. t., sed tantum l. 9. ff. de LL.*

### AD TIT. XVII.

*Vetus Jus in digestis non fuit usque eo enucleatum, ut non merito in iis carpenda sint quedam superflua, ænigmatica, imò & contraria.*

### AD TIT. XVIII.

*Fœmina, etiam major 25. annis, habet privilegium ignorantiae juris præ masculo majore, minus tamen illud, quam minor, & miles.*



## CASUS CIVILIS.

*Titius habens patrem, filium emancipatum, & nepotem in potestate retentum, exhiberedat filium, nepotem præterit: exhiberedatus filius interea, dum haeres scriptus deliberat, moritur non præparata in officiis querelâ, aut etiam hærede adeunte non vult agere. Q. An nepos exhiberedantis instituere possit querelam? R. Ita, & quidem in primo casu nomine patris, & suo, in se- cundo casu nomine proprio præ Titii exhiberedantis patre.*

## EX JURE FEUDORUM.

*Senioratus inter vasallos nostræ Germaniæ quam sæpissimè importat merum jus directorii, & pro-vasallagii, nullam penitus in successione, ac utilitate prærogativam.*

## EX JURE CRIMINALI.

*Perfectè ebrius nequidem extraordinariâ ipsius delicti pœna est afficiendus: minùs, quam perfectè, ebrius extraordinariâ ipsius delicti; mediocriter ebrius ordinariâ mitigabili secundum diminutionem doli.*

## EX JURE TREVIRENSI.

*Sþpus II. Tit. 3. Chur-Trierischen Land-Rechtes recte supponit, regulares personas, religionis bonorum temporalium capacis professores, ab intestato civiliter succedere.*

## HISTORICUM.

*S. CLEMENS I. succedit S. PETRO immediatè in Primatu totius Ecclesiæ, sed in Episcopatu Romano tantum mediatè.*

J. O. H. D.

